



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De partibus luxuri[a]e. Qu[a]estio 154.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

luxuriosi, quorum cor est turpibus concupiscentiis plenum, de facili ad turpia verba prorumpunt. Secundo, ex parte causæ. Quia enim luxuria inconsiderationem & præcipitationem causat, consequens est quòd faciat prorumpere in verba leuiter & inconsideratè dicta, quæ dicuntur scurrilia. Tertio, quantum ad finem. Quia enim luxuriosus delectationem quaerit, verba sua ad delectationem ordinat, & sic prorumpit in verba ludicra. Quarto, quantum ad sententiam verborum, quam peruertit luxuria propter cæcitatem mentis quam causat: & sic prorumpit in stultiloquia, utpotè cum suis verbis præfert delectationes quas appetit, quibuscumque alijs rebus.

QVÆST. CLIV.

De luxuria partibus, in duodecim articulos diuisa.

- D**einde considerandum est de luxuriæ partibus. Et circa hoc quaeruntur duodecim.
- ¶ Primo, de diuisione partium luxuriæ.
 - ¶ Secundo, vtrum fornicatio simplex sit peccatum mortale?
 - ¶ Tertio, vtrum sic maximum peccatorum?
 - ¶ Quarto, vtrum in tactibus, & osculis & alijs huiusmodi illecebris consistat peccatum mortale?
 - ¶ Quinto, vtrum nocturna pollutio sit peccatum?
 - ¶ Sexto, de stupro.
 - ¶ Septimo, de raptu.
 - ¶ Octauo, de adulterio.
 - ¶ Nono, de incestu.
 - ¶ Decimo, de sacrilegio.
 - ¶ Vndecimo, de peccato contra naturam.
 - ¶ Duodecimo, de ordine grauitatis in prædictis speciebus.

Vtrum conuenienter assignentur sex species luxuriæ, scilicet fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & visium contra naturam?

742

4. d. 41. a.

4. q. 1. c.

2. Et mal.

q. 15. a. 3

AD primum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter assignentur sex species luxuriæ, scilicet fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam. Diuersitas enim materiæ non diuersificat speciem. Sed prædicta diuisio sumitur secundum materiæ diuersitatem, prout scilicet aliquis commiscetur coniugata, vel virgini, vel alterius conditionis mulieri. Ergo videtur quod per hoc species luxuriæ non diuersificentur.

¶ 2 Præterea, Species vitij vnus non videntur diuersificari per ea quæ pertinent ad aliud vitium. Sed adulterium non differt à simplici fornicatione, nisi in hoc quod aliquis accedit ad eam quæ est alterius, & sic iniustitiam committit. Ergo videtur, quod adulterium non debet poni species luxuriæ.

¶ 3 Præterea, Sicut contingit quod aliquis commiscetur mulieri quæ est alteri viro per matrimonium obligata, ita etiam contingit quod aliquis commiscetur mulieri quæ est obligata Deo per votum. Sicut ergo adulterium ponitur species luxuriæ, ita etiam sacrilegium species luxuriæ poni debet.

¶ 4 Præterea, ille qui est matrimonio iunctus, non solum peccat si ad aliam mulierem accedat, sed etiam si sua coniuge inordinate vratur. Sed hoc peccatum sub luxuria continetur. Ergo deberet inter species luxuriæ computari.

¶ 5 Præterea, Apostolus 2. ad Corinth. 12. dicit, Ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos, & iugam multos ex ijs qui ante peccauerunt, & non egerunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Ergo videtur, quod etiam immunditia, & impudicitia debeant poni species luxuriæ, sicut & fornicatio.

S 4 ¶ 6 Præ-

¶ 6 Præterea, Diuisum non condiuiditur diuiden-
tibus. Sed luxuria condiuiditur prædictis. Dicitur
enim Galatas quinto, Manifesta sunt opera carnis,
quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxu-
ria. Ergo videtur quod inconuenienter fornicatio
ponatur species luxuriæ.

SED contra est, quod prædicta diuisio ponitur in *

36. q. 1. c.
Ex illa
præteri-
torum.
q. præ a.
2. & 3.

Decretis, 36. quæst. 1.
RESPONDEO dicendum, quod sicut * dictum
est, peccatum luxuriæ consistit in hoc, quod aliquis
non secundum rectam rationem delectatione venere-
ritur. Quod quidem contingit dupliciter. Vno mo-
do secundum materiam, in qua huiusmodi delecta-
tionem querit. Alio modo secundum quod materia
debita existente non obseruantur aliæ debite condi-
tiones. Et quia circumstantia, in quantum huiusmo-
di, non dat speciem actui morali, sed eius speciem
sumitur ab obiecto, quod est materia actus: ideo oportet
tuit species luxuriæ assignari ex parte materie vel
obiecti. Quæ quidem potest non conuenire rationi re-
ctæ dupliciter. Vno modo, quia habet repugnantiam
ad finem venerei actus. Et sic, in quantum impedi-
tur generatio prolis, est vitium contra naturam, quod
est in omni actu venereo, ex quo generatio sequi non
potest. In quantum autem impeditur debita edu-
catio & promotio prolis natæ, est fornicatio im-
plex, quæ est soluti cum soluta. Alio modo mate-
ria, in qua exercetur actus venereus, potest esse non
conueniens rationi rectæ, per comparisonem ad alios
homines. Et hoc dupliciter. Primo quidem, ex parte
te ipsius scemina, cui aliquis commisceatur: quæ
debitus honor non seruatur. Et sic est incestus, qui
consistit in abusu mulierum consanguinitate vel af-
finitate iunctarum. Secundo, ex parte eius, in
cuius potestate est scemina: quia si est in pote-
state viri, est adulterium; si autem est in potestate
paris, est stuprum; si non inferatur violentia, ra-
ptus autem si inferatur. Diuersificantur autem istæ
species

species magis ex parte fœminæ, quàm viri: quia in actu venereo fœmina se habet sicut patiens, & per modum materiæ: vir autem per modum agentis. *Dicitur est autem, quòd prædictæ species secundum differentiam materiæ assignantur.

in isto articulo.

Ad primum ergo dicendum, quòd prædicta diversitas materiæ habet annexam diversitatem formalem obiecti, quæ accipitur secundum diversos modos repugnantiæ ad rationem rectam, vt * dictum est.

in corpore art. 1. 2. q. 18. art. 7.

Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet in eodem actu diversorum vitiorum deformitates concurrere, vt supra dictum est. Et hoc modo adulterium continetur sub luxuria, & sub iniustitia. Nec deformitas iniustitiæ omninò per accidens se habet ad luxuriam: ostenditur enim luxuria grauior, quæ in tantum concupiscentiam sequitur, quòd etiam in iniustitiam ducatur.

Ad tertium dicendum, quòd mulier vouens continentiam, quoddam spirituale matrimonium facit cù Deo. Et ideo sacrilegium quod committitur in violatione talis mulieris, est quoddam adulterium spirituale. Et similiter alij modi sacrilegij reducuntur ad alias species luxuriæ.

Ad quartum dicendum, quòd peccatum conjugaticum sua vxore, non est secundum indebitam materiam, sed secundum alias circumstantias, quæ non constituunt speciem moralis actus, vt dictum * est.

in corpore art. 1. gloss. in tertio. ibi.

Ad quintum dicendum, quòd sicut glossa † dicit ibidem, immundicia ponitur pro luxuria contra naturam: impudicitia autem est, quæ fit cum liberis à viro; vnde videtur ad stuprum pertinere. Vel etiam potest dici, quòd impudicitia pertinet ad quosdam actus circumstantes actum venereum, sicut sunt oscula, tactus, & alia huiusmodi.

Ad sextum dicendum, quòd luxuria sumitur ibidem pro quacumque superfluitate, vt glossa * ibidè dicit.

Ibidem.

743

4 d. 4. r. 2.
4 q. 1. co.
princ &
q. 2. corp.
& ad 2.*Utrum fornicatio simplex sit peccatum mortale?*

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod fornicatio simplex non sit peccatum mortale. Ea enim quæ simul connumerantur, videntur esse vnus rationis. Sed fornicatio connumeratur quibusdam, quæ non sunt peccata mortalia. Dicitur enim Act. 15. Abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Illorum autem vsus non est peccatum mortale, secundum illud 1. ad Timoth. 4. Nihil reiiciendum est, quod cum grauium actione percipitur. Ergo fornicatio non est peccatum mortale.

¶ 2 Præterea, Nullum peccatum mortale cadit sub præcepto diuino. Sed Osee 1. præcipitur à Domino, Vade, fume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum. Ergo fornicatio non est peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Nullum peccatum mortale in Scriptura sacra absque reprehensione commemoratur. Sed fornicatio simplex commemoratur in Scriptura antiquis patribus sine reprehensione: sicut legitur Genesis 16. de Abraham, quod accessit ad Agar ancillam suam. Et infra 30. legitur de Jacob, quod accessit ad ancillas vxorum suarum, Balam & Zelpham. Et infra 38. legitur quod Iudas accessit ad Thamar, quam æstimauit meretricem. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

¶ 4 Præterea, Omne peccatum mortale contrariatur charitati. Sed fornicatio simplex non contrariatur charitati: neque quatum ad dilectionem Dei, quia non est directe peccatum contra Deum: nec etiam quantum ad dilectionem proximi, quia per hoc homo nulli homini facit iniuriam. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

¶ 5 Præterea, Omne peccatum mortale ducit in perditionem æternam. Hoc autem non facit fornicatio simplex: quia super illud 1. ad Timoth. 4. Pie-

tas ad omnia utilis est, dicit gloss. * Ambros. Omnis summa disciplina Christiana in misericordia & pietate est: quam aliquis sequens, si lubricum carnis parit, sine dubio vapulabit, sed non peribit. Ergo fornicatio simplex non est peccatum mortale.

sup. Hic locū Pau li, 10.5.

¶ Præterea, Sicut August. * dicit in lib. de bon. coniug. Quod est cibus ad salutem corporis, hoc est concubitus ad salutem generis. Sed non omnis inordinatus usus ciborum est peccatum mortale. Ergo nec omnis inordinatus concubitus: quod maximè videtur de fornicatione simplici, quæ minima est inter species enumeratas.

ca. 16. in prin. totis

SED contra est, quod dicitur Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter uxorem tuam quam patiaris crimen scire. Crimen autè importat peccatum mortale. Ergo fornicatio & omnis concubitus, qui est præter uxorem, est peccatum mortale.

¶ Præterea, Nihil excludit à regno Dei, nisi peccatum mortale. Fornicatio autè excludit, ut patet per Apost. ad Gal. 5. ubi præmissa fornicatione & quibusdam alijs vitijs subdit, Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

¶ Præterea, In * decretis dicitur 22. q. 1. Nosse debent talem de periurio poenitentiam imponi debere, qualem & de adulterio, & de fornicatione, & de homicidio sponte commissò, & de cæteris criminalibus vitijs. Ergo fornicatio simplex est peccatum criminale seu mortale.

22 q. 1. c. pradicandum, in medio.

RESPONDEO dicendum, quòd absque omni dubio tenendū est, quòd fornicatio simplex sit peccatū mortale; non obstante quòd Deut. 23. super illud, Nō erit meretrix, &c. dicit gloss. * Ad meretrices prohibet accedere, quarum est venalis turpitude. Non enim debet dici venalis, sed venalis: quod est proprie meretricum. Ad huius autem evidentiam considerandum est, quòd peccatum mortale est omne peccatum quod committitur directe contra vitam hominis.

eff. Aug. in 1. q. 9 qu. 27. in med. 10. 4

For-

Fornicatio autem simplex importat inordinationem quæ vergit in nocuum vix eius, qui est ex tali concubitu nasciturus. Videmus enim in omnibus animalibus, in quibus ad educationem prolis requiritur cura maris, & feminae, quod in eis non est vagus concubitus, sed maris ad certam feminam, vnam vel plures: sicut patet in omnibus avibus. Secus autem est in animalibus, in quibus sola femina sufficit ad educationem fetus, in quibus est vagus concubitus: ut patet in canibus & huiusmodi alijs animalibus. Manifestum est autem, quod ad educationem hominis non solum requiritur cura matris, à qua nutritur: sed multo magis cura patris, à quo est instruendus, & defendendus, & in bonis tam interioribus, quam exterioribus promouendus. Et ideo contra naturam hominis est, quod vtriusque vago concubitu: sed oportet quod sit maris ad determinatam feminam, cum qua permaneat, non per modicum tempus, sed diu, vel etiam per totam vitam. Et inde est quod naturaliter est maribus in specie humana sollicitudo de certitudine prolis, quia eis imminet educatio prolis. Hæc autem certitudo tolleretur, si esset vagus concubitus. Hæc autem determinatio certæ feminæ, matrimonium vocatur: & ideo dicitur esse de iure naturali. Sed quia concubitus ordinatur ad bonum commune totius humani generis; bona autem communia cadunt sub determinatione legis, ut supra habitum est: consequens est, quod ista coniunctio maris ad feminam, quæ matrimonium dicitur, lege aliqua determinetur. Qualiter autem sic apud nos determinatur, in tertia parte huius operis dicitur, cum de matrimonio sacramento tractabitur. Vnde cum fornicatio sit concubitus vagus, vepote præter matrimonium existens, est contra bonum prolis educationis: & ideo est peccatum mortale. Nec obstat si aliquis fornicando aliquam cognoscens, sufficienter provideat proli de educatione: quia id quod cadit sub legis determinatione, iudicatur secundum id quod commune

1.2.9.9
4.3. et 7.
95. ar. 2.

non de ple
uit morte
prædictus
vide in
4. d. 26.
& se 1.

niter accidit, & non secundum id quod in aliquo ca-
su potest accidere.

Ad primum ergo dicendum, quod fornicatio illis
connumeratur: non quia habeat eandem rationem
culpæ cum alijs, sed quantum ad hoc, quod ex his
quæ ibi ponuntur, similiter poterat diffidium genera-
ri inter Iudæos & Gentiles, & eorum vnanimis con-
sensus impediri: quia apud Gentiles fornicatio sim-
plex non reputabatur illicita, propter corruptionem
naturalis rationis. Iudæi autem ex lege diuina insti-
tuti, eam illicitam reputabant. Alia vero, quæ ibi po-
nuntur, Iudæi abominabantur, propter consuetudi-
nem legalis conuersationis. Vnde Apostoli ea Gen-
tilibus interdixerunt, non quasi secundum se illicita,
sed quasi Iudæis abominabilia: vt etiam supra *
dictum est.

Ad secundum dicendum, quod fornicatio dicitur
esse peccatum, in quantum est contra rationem re-
ctam. Ratio autem hominis recta est secundum quod
regulatur voluntate diuina, quæ est prima & sum-
ma regula. Et ideo quod homo facit ex voluntate
Dei, eius præcepto obediens, non est contra ratio-
nem rectam, quamuis videatur esse contra commu-
nem ordinem rationis: sicut etiam non est contra na-
turam quod miraculose fit virtute diuina, quamuis sit
contra communem cursum naturæ. Et ideo sicut
Abraham non peccauit, filium innocentem volendo
occidere, propter hoc quod obediuit Deo; quamuis
hoc secundum se consideratum, sit communiter con-
tra rectitudinem rationis humane: ita etiam Osee
non peccauit fornicando: ex præcepto diuino. Nec
talis concubitus proprie fornicatio debet dici: quam-
uis fornicatio nomen datur, referendo ad cursum com-
munem. Vnde Augustinus * dicit tertio confession.
Cum Deus aliquid contra morem inclinatis vo-
luntatibus iubet; etsi non est in appetitu sensitiuo, di-
mittit peccatum: quia quanto aliquis ex maiori pas-
sione impulsus peccat, tanto leuius est peccatum. Et hoc
modo

1.2. quas.
103. a 4.
ad 3.

ca. 8. nota

obediendum præponitur, ita Deus omnibus.

Ad tertium dicendum, quod Abraham & Isaac ad ancillas accesserunt, non quasi fornicario concubitu, ut infra patebit, cum de matrimonio ageretur. Item dam autem non est necessarium a peccato excusare, qui etiam auctor fuit venditionis Ioseph.

non cõple
uit, vide
in 4. sen.

in corpo-
re ars.

Ad quartum dicendum, quod fornicatio simplex contrariatur dilectioni proximi, quantum ad hoc quod repugnat bono prolis nascituræ, ut * ostensum est: dicitur scilicet dat operam generationi, non secundum quod convenit proli nascituræ.

Ad quintum dicendum, quod per opera pietatis ille, qui lubricum carnis patitur, liberatur a perditione æterna, in quantum per huiusmodi opera disponitur ad hoc, quod gratiam consequatur, per quam peccata: & in quantum per huiusmodi opera factus est de lubrico carnis commissio. Non autem ita, quod si in lubrico carnis perseveret impenitens usque ad mortem, per pietatis opera liberetur.

Ad sextum dicendum, quod ex vno concubitu potest vnus homo generari. Et ideo inordinatio concubitus, quæ impedit bonum prolis nascituræ, ex ipso genere actus est peccatum mortale, & non solutum ex inordinatione concupiscentiæ. Ex vna autem commessione non impeditur bonum totius vitæ minus hominis. Et ideo actus gulæ ex suo genere non est peccatum mortale. Esset tamen, si quis scienter cibum comederet, qui totam conditionem vitæ commutaret, sicut patet de Adam. Nec tamen fornicatio est minimum peccatum, quæ sub laetitia continentur. Minus enim est concubitus cum viro qui fit ex libidine.

744

Mal. 9. 13
vide
4. d. 26.
& sel.

ARTIC. III.

Utrum fornicatio sit veniale peccatum? Vnde dicitur: si protulerit. Videtur, quod fornicatio aliquam cognitionem peccatum. Tanto enim magis proli de educatione: quia id quod cada... terminatio, iudicatur secundum id quod communitur.



tur enim in gloss. 1. ad Cor. 7. quod ardor libidinis in luxuria est maximus. Ergo videtur, quod fornicatio sit gravissimum peccatum.

¶ 2 Præterea, Tanto aliquis magis peccat, quanto in rem sibi magis coniunctam delinquit: sicut gravius peccat qui percutit patrem, quam qui percutit extraneum. Sed sicut dicitur 1. Corinth. 6. Qui fornicatur, in corpus suum peccat: quod est homini coniunctissimum. Ergo videtur quod fornicatio sit gravissimum peccatum.

¶ 3 Præterea, Quanto aliquid bonum est maius, tanto peccatum quod contra illud committitur, videtur esse gravius. Sed peccatum fornicationis videtur esse contra bonum totius humani generis, ut patet * *art. præc.* ex prædictis. Est etiam contra Christum, secundum illud 1. ad Corinth. 6. Tollens membra Christi, faciam membra meretricis. Ergo fornicatio est gravissimum peccatum.

SED contra est, quod * Gregorius dicit, quod peccata carnalia sunt minoris culpæ, quam peccata spiritualia. *li. 33. mo. c. 11. parum ante med.*

RESPONDEO dicendum, quod gravitas alicuius peccati potest attendi dupliciter. Vno modo secundum se. Alio modo, secundum accidens. 3 secundum se quidem attenditur gravitas peccati ex ratione suæ speciei, quæ consideratur secundum bonum cui peccatum opponitur. Fornicatio autem est contra bonum hominis nascituri. Et idem est gravius peccatum secundum speciem suam, peccatis quæ sunt contra bona exteriora, sicut est furtum, & alia huiusmodi: minus autem peccatis quæ sunt directe contra Deum, & peccato quod est contra vitam hominis iam nati, sicut est homicidium.

Ad primum ergo dicendum, quod libido quæ aggravat peccatum, est quæ consistit in inclinatione voluntatis. Libido autem quæ est in appetitu sensitivo, diminuit peccatum: quia quanto aliquis ex maiori passione impulsus peccat, tanto levis est peccatum. Et hoc modo

**habetur
expresse
in l. b. de
hone. mu
lieru. c. 2.
ante me.
to 9.
† l. 2. c. 39
circa fin.*

modo libido in fornicatione est maxima. Et inde est quod August. * dicit in lib. de Agone Christiano, quod inter omnia Christianorum certamina, duriora sunt praelia castitatis, ubi est quotidiana pugna, & rara victoria. Et Isid. † dicit in lib. de summo bono, quod magis per carnis luxuriam humanam genus subditur diabolo, quam per aliquod aliud: quia scilicet difficilius est vincere vehementiam huiusmodi passionis.

Ad secundum dicendum, quod ille qui fornicatur dicitur peccare in corpus suum; non solum quia fornicationis delectatio consummatur in carne, quod etiam in gula accidit; sed etiam quia contra bonum proprii corporis agit, qui fornicatur, in quantum se licet indebitè resoluit illud, & inquinat, & alteri committit. Nec tamen propter hoc sequitur quod fornicatio sit grauius peccatum: quia ratio in homine preualet corpori. Vnde si sit peccatum magis repugnans rationi, grauius erit.

Ad tertium dicendum, quod peccatum fornicationis est contra bonum speciei humanæ, in quantum impedit generationem singularem vnus hominis nascituri. Magis autem pertingit ad rationem speciei, qui actu iam participat speciem, quam qui est potentia homo. Et secundum hoc etiam homicidium est grauius, quam fornicatio, & omnes luxuriæ species, tantumquam magis bono speciei humanæ repugnans. Bonum etiam diuinum est maius bono speciei humanæ. Et ideo etiam peccata quæ sunt contra Deum, sunt maiora. Nec fornicatio est directe peccatum in Deum, quasi fornicator Dei offensam intendat: sed ex consequenti, sicut & omnia peccata mortalia. Sicut enim membra corporis nostri, sunt membra Christi: ita etiam & spiritus noster est vnus cum Christo: secundum illud 1. ad Corin. 6. Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Vnde etiam peccata spiritualia sunt magis contra Christum, quam fornicatio.

Utrum in tactibus, & osculis consistat peccatum mortale?

745

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod in tactibus, & osculis non consistat peccatum mortale. Apost. enim ad Ephes. 5. dicit, Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos. Subdit autem, Aut turpitude, gloss. * vt in osculis & amplexibus: aut stultiloquium, vt blanda verba: aut scurrilitas, quæ à stultis curialitas dicitur, id est, iocularitas. Postea autem subdit, Hoc enim scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod est idolorum seruitus) non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Vbi non replicat de turpitudine, sicut nec de stultiloquio, aut scurrilitate. Ergo ista non sunt peccata mortalia.

1.2.9.74
ar.10. Et
ver.9.15
ar.4.cor.
Et mal.
9.15.a.2.
ad 18. &
Ephes 5.
cor.3. fin.
* gloss. in
ter. ibid.

¶ 2 Præterea, Fornicatio dicitur esse peccatum mortale, ex hoc, quod per eam impeditur boni prolis generanda & educanda. Sed ad hoc nihil operantur oscula & tactus siue amplexus. Ergo in his non contingit esse peccatum mortale.

¶ 3 Præterea, Illa quæ secundum se sunt peccata mortalia, numquam possunt bene fieri. Sed oscula & tactus & huiusmodi possunt quandoque fieri absque peccato. Ergo non sunt secundum se peccata mortalia.

SED contra, Minus est aspectus libidinosus, quam tactus, amplexus, vel osculum. Sed aspectus libidinosus est peccatum mortale, secundum illud Matt. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mæchatus est eam in corde suo. Ergo multo magis osculum libidinosum & alia huiusmodi, sunt peccata mortalia.

¶ Præterea, Cyprian. ad Pomponium * de virginitate dicit, Certe ipse concubitus, ipse amplexus, ipsa confabulatio & osculatio, & coniacentium duorum turpis & fæda dormitio, quantum dedecoris &

li. x. epist.
ep. xi. cir
ca med.

Sec. Sec. Vol. iij.

T crimi-

criminis sit, confitentur. Ergo per prædicta homo reus criminis, id est, peccati mortalis.

RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur esse peccatum mortale dupliciter. Vno modo, secundum speciem suam: & hoc modo osculum, amplexus, vel tactus, secundum suam rationem non nominant peccatum mortale. Possunt enim hæc absque libidine fieri, vel propter consuetudinem patriæ, vel propter aliquam necessitatem, aut rationabilem causam. Alio modo dicitur aliquid esse peccatum mortale ex sua causa: sicut ille, qui dat elemosinam, ut aliquem inducat ad hæresim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam. Dicitur est autem

1. 2. q. 74
ar. 7. et 8

supra *, quòd consensus in delectationem peccati mortalis, est peccatum mortale, & non solum consensus in actum. Et idèd cum fornicatio sit peccatum mortale, & multo magis aliæ luxuriæ species consequens est quòd consensus in delectationem talis peccati, sit peccatum mortale, & non solum consensus in actum. Et idèd cum oscula & amplexus huiusmodi propter delectationem huiusmodi sint, consequens est quòd sint peccata mortalia: & sic solum dicuntur libidinosæ. Vnde huiusmodi secundum quod libidinosæ sunt, sunt peccata mortalia.

Ad primum ergo dicendum, quòd Apostolus idèd non resumat illa tria, quia non habent nomen peccati, nisi secundum quod ordinantur ad præcedentia.

Ad secundum dicendum, quòd oscula & tactus quamvis secundum se non impediunt bonum prædictæ humanæ, procedunt tamen ex libidine, quæ est ratio huiusmodi impediendi, & ex hoc habent rationem peccati mortalis.

Ad tertium dicendum, quòd ratio illa concludit quòd huiusmodi non sunt peccata secundum suam speciem.

Verum pollutio nocturna sit peccatum?

746

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod nocturna pollutio sit peccatum. Meritum enim & demeritum habent fieri circa idem. Sed dormiens potest mereri: sicut patet de Salomone, * qui dormiens à Domino donum sapientia impetrauit, ut dicitur 3. Reg. 3. & 2. Paralip. 1. Ergo in dormiendo potest aliquis demereri: & ita videtur quod nocturna pollutio sit peccatum.

3. q. 80.
ar 7. cor.
Et 4. d. 8.
ar 4. q. 1.
ad 1. q.
q 2 per
to Et op.
64 c. 16.
* id ha.
bet Aug.
lib. 12. de
Genes ad
lus c. 15.
in fi. 10. 3.

¶ 2 Præterea, Quicumque habet vsum rationis potest peccare. Sed in dormiendo aliquis habet vsum rationis: quia frequenter aliquis in somnis ratiocinatur, & præligit vnum alteri, consentiens vel dissentiens. Ergo in dormiendo potest aliquis peccare. Et ita propter somnum nocturna pollutio non impeditur quin sit peccatum, cum ex genere actus sit peccatum.

¶ 3 Præterea, Frustra increpatur & instruitur qui non potest agere secundum rationem, vel contra rationem. Sed homo in somnis instruitur à Deo & increpatur, secundum illud Iob 33. Per somnium in visione nocturna, quando sopor solet occupare homines, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina. Ergo in somnis potest aliquis agere secundum rationem, vel contra rationem: quod est bene agere vel peccare. Et sic videtur quod nocturna pollutio sit peccatum.

SED cõtra est, quod August. * dicit 12. super Gen. ad litteram, Ipsa phantasia, quæ sit in cogitatione fermocinantis, cum ita expressa fuerit in visione somniantis, ut inter illam & veram commissionem corporum non discernatur, continuo mouetur caro: & sequitur quod eum motum sequi solet, cum hoc tam sine peccato fiat, quàm sine peccato à vigilantibus dicitur, quod ut diceretur sine dubio cogitatum est.

c. 15. in
med. 10. 3
cap. 12. in
mentum,
dist. 6.

RESPONDEO dicendum, quod nocturna pollutio dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum

se. Et hoc modo non habet rationem peccati. Omne enim peccatum dependet ex iudicio rationis: quia etiam primus motus sensualitatis non habet quod sit peccatum, nisi in quantum iudicio rationis reprimi potest: & ideo sublato iudicio rationis tollitur ratio peccati. In dormiendo autem ratio non habet liberum iudicium. Nullus enim est dormiens, qui non intendat aliquibus similitudinibus phantasmatum, velut rebus ipsis: ut patet * ex his quæ in primo dista sunt. Et ideo id quod agit homo dormiens, qui non habet liberum iudicium rationis, non imputatur ei culpa: sicut nec illud, quod agit furiosus aut amens. Alio modo, potest considerari nocturna pollutio per comparationem ad suam causam, quæ potest esse triplex. Una quidem corporalis. Cum enim humor humoralis superabundat in corpore, vel cum facta est humoris resolutio, vel per nimiam calefactionem corporis, vel per quamcumque aliam commotionem, somniat dormiens ea quæ pertinent ad emissionem huiusmodi humoris abundantis, vel resoluti: sicut etiam contingit, quando natura grauatür ex aliqua alia superfluitate: ita quod quandoque formantur in imaginatione phantasmata pertinentia ad emissionem illius superfluitatum. Si igitur superabundantia talis humoris sit ex causa culpabili, puta, cum causerit ex superfluitate cibi, vel potus: tunc nocturna pollutio habet rationem culpæ ex sua causa. Si autem sit per abundantiam, vel resolutionem talis humoris non sit ex aliqua causa culpabili, tunc nocturna pollutio non est culpabilis, nec in se, nec in sua causa. Alia vero causa nocturnæ pollutionis potest esse animalis & interior: puta, cum ex cogitatione præcedenti contingit aliquem dormientem pollui. Cogitatio autem quæ in vigilia præcessit, quandoque est pure speculativa: puta, cum aliquis causa disputationis cogitat de peccatis carnalibus: quandoque autem est cum aliqua affectione, vel concupiscentiâ, vel horroris. Contingit autem magis pollutio nocturna ex cogitatione carnali.

v. p. 9. 84.
ar. 8.

carnalium vitiorum, quæ sunt cum concupiscentia
 talium delectationū: quia ex hoc remanet quoddam
 vestigium & inclinatio in anima, ita quod dormiens
 facilius inducitur in sua imaginatione ad assentien-
 dum actibus, ex quibus sequitur pollutio. Et secun-
 dum hoc Philof. dicit in 1. Ethic. * quod in quantum
 paulatim pertransseunt quidam motus à vigilantibus
 ad dormientes, meliora sunt phantasmata studiofo-
 rum, quam quorumlibet. Et August. * dicit 12. super
 Genes. ad litt. quod propter bonam animæ affectio-
 nem, quedam eius merita etiam in somnis clarent.
 Et sic patet quod nocturna pollutio habet rationem
 culpæ ex parte suæ causæ. Quandoque tamen con-
 tingit quod ex præcedenti cogitatione carnalium
 actuum, etiam speculatiua, vel si sit cum horrore,
 sequitur in somnis pollutio. Et tunc non habet ra-
 tionem culpæ, nec in se, nec in sua causa. Tertia ve-
 rò causa est spiritualis extrinseca: puta, cum ex ope-
 ratione dæmonis comouentur phantasmata dormien-
 tis, in ordine ad talem effectum. Et hoc quidem
 quandoque est cum peccato præcedenti, scilicet ne-
 gligentia præparandi se contra dæmonis illusiones.
 Vnde & in sero cantatur, Hostemque nostrum com-
 prime, ne polluantur corpora. Quandoque vero est
 absque omni culpa hominis, ex sola nequitia Dæmo-
 nis. Sicut in collationibus patrum legitur * de quo-
 dam, qui semper in diebus festiuis pollutionem no-
 cturnam patiebatur, hoc diabolo procurante, vt im-
 pediretur à sacra communione. Sic igitur patet, quod
 nocturna pollutio numquam est peccatum, sed quan-
 doque est sequela peccati præcedentis.

Ad primum ergo dicendum, quod Salomon non
 meruit in dormiendo sapientiam à Deo, sed fuit si-
 gnum præcedentis desiderij: propter quod dicitur ta-
 lis petitio Deo placuisse, vt August. dicit 12. * super
 Genes. ad litteram.

Ad secundum dicendum, quod secundum quod vi-
 ces sensitiuæ interiores magis vel minus opprimun-

*c. vlt. a
med 10. 5*

*c. 15. ad
fin. 10. 3.*

*in colla-
tione 22.
cap. 6. in
princ.*

*ca. 15. in
fin. 10. 3.*

tur a somno, propter vaporis turbulentiam, vel puritatem: secundum hoc usus rationis magis vel minus impeditur in dormiendo. Semper tamen quantum ad aliquid impeditur, ut non possit omnino liberum iudicium habere, ut in prima parte dictum est.

1. p. q. 84.
ar. 8.

Et ideo non imputatur ei ad culpam quod tunc agit. Ad tertium dicendum, quod apprehensio rationis non ita impeditur in somno sicut eius iudicium, quod perficitur per conversionem ad sensibilia, que sunt prima principia cogitationis humanae. Et ideo non prohibet hominem secundum rationem apprehendere aliquid de nouo in dormiendo, vel ex ipsis reliquijs precedentium cogitationum, & phantasmatibus solutis, vel etiam ex reuelatione diuina, aut immittente angeli boni vel mali.

ARTIC. VI.

747 *Vtrum stuprum debeat poni vna species luxurie?*

sup. ar. 1.

cor. Et 4.

d. 4. ar.

4. q. 1. &

2. cor. Et

mal. q. 15

ar 3. cor.

* 36. q. 1.

e lex illa

præterito

rum.

† lib. 1. de

Abrahâ

c. 4. inter

princ. &

med. to 4

Ad sextum sic proceditur. Videtur, quod stuprum non debeat poni vna species luxurie. Stuprum enim importat illicitam virginum deflorationem, vt habetur in decretis * 36. q. 1. Sed hoc potest esse soluti cum soluta, quod pertinet ad fornicationem. Ergo stuprum non debet poni species luxurie à fornicatione distincta.

¶ 2 Præterea, Ambr. † dicit in lib. de Patriarchis, Nemo sibi blandiatur de legibus hominum: contra stuprum adulterium est. Sed specierum ex oppositis diuisarum, vna non continetur sub alia. Cum ergo adulterium ponatur species luxurie, videtur quod stuprum species luxurie poni non debeat.

¶ 3 Præterea, Inferre alicui iniuriam videtur magis ad iniustitiam, quam ad luxuriam pertinere. Sed ille qui stuprum committit, iniuriam facit alteri, scilicet patri puellæ, quam corrumpit, qui potest ad animum suum iniuriam reuocare, & agere adione iniuriarum contra stupratorem. Ergo stuprum non debet poni species luxurie.

SED contra est, quod stuprum propriè consistit in actu

actu venereo quo virgo defloratur. Cum igitur luxuria proprie sit circa venerea, videtur quod stuprum sit species luxuriæ.

RESPONDEO dicendum, quod ubi circa materiam alicuius vitij occurrit aliqua specialis deformitas, ibi debet poni determinata species illius vitij. Luxuria autem est peccatum circa venerea existens, ut supra dictum est. In virgine autem sub custodia patris existente, quedam deformitas specialis occurrit, si corrumpatur: tum ex parte puellæ quæ ex hoc quod violatur, nulla pactione conjugali præcedente, impeditur a legitimo matrimonio consequendo, & ponitur in via meretricandi, à quo retrahebatur, ne signaculum virginittatis amitteret: tum etiam ex parte patris, qui de eius custodia sollicitudinem gerit, secundum illud Eceles. 42. Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis. Et ideo manifestum est, quod stuprum quod importat illicitam virginum deflorationem, sub cura parentum existentium, est determinata luxuriæ species.

*q. præced.
ar. 1. c.
3.*

Ad primum ergo dicendum, quod quamvis virgo sit soluta à vinculo matrimonij, non tamen est soluta à patris potestate: habet etiam speciale impedimentum fornicarij concubitus virginittatis signum, quod non debet nisi per matrimonium auferri. Vnde stuprum non est fornicatio simplex, sed fornicatio est concubitus qui fit cum meretricibus, id est, mulieribus iam corruptis: ut patet per * gloss. 2. ad Cor. 12. super illud, Et non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione, &c.

*gloss. in
1. Cor. 12.*

Ad secundum dicendum, quod Ambr. ibi aliter accipit stuprum, prout scilicet communiter accipitur pro omni peccato luxuriæ. Vnde stuprum ibi nominat concubitus viri coniugati cum quacumque alia muliere, præter uxorem. Quod patet ex hoc quod subdit, Nec viro licet quod mulieri non licet. Et hoc modo etiam accipitur Numeri quinto: ubi dicitur,

T 4 tur,

tur, Si later adulterium & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro, &c.

Ad tertium dicendum, quod nihil prohibet vnum peccatum ex adiunctione alterius deformius fieri. Fit autem deformius peccatum luxuriæ ex peccato iniustitiæ: quia videtur concupiscentia esse inordinatior, quæ à delectabili non abstinere, vt iniuriam vitæ. Habet autem duplicem iniuriam annexam. Vnam quidem ex parte virginis: quam etsi non vi corrumpit, tamen eam seducit, & sic tenetur ei satisfacere. Vnde dicitur Exod. 22. Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormieritque cum ea, dotabit eam & habebit eam in vxorem. Si autem pater virginis duxerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis quam virgines accipere consueuerunt. Aliam vero iniuriam facit patri puellæ. Vnde & ei secundum legem tenetur ad pœnam. Dicitur enim Deute ron. 22. Si inuenit vir puellam virginem quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: dabit qui dormiuit cum ea, patri puellæ 50. siclos argenti, & habebit eam vxorem. Et quia humiliavit illam, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. Et hoc ideo, ne videatur ludibrium fecisse, vt Augustinus * dicit.

ARTIC. VII.

Virum raptus sit species luxuriæ distincta à stupro?

AD septimum sic proceditur. Videtur, quod raptus non sit species luxuriæ distincta à stupro. Dicit enim * Isidorus in lib. Etymol. quod stuprum, id est raptus, propriè est illicitus coitus à corruptore do dicitur. Vnde & qui raptu potitur, stupro fruitur. Ergo videtur, quod raptus non debeat poni species luxuriæ à stupro distincta.

¶ 2 Præterea, Raptus videtur quandam violentiâ importare. Dicitur enim in Decretis 36. ¶ quest. 1. quod raptus committitur, cum puella violenter à domo patris abducitur, vt corrupta in vxorem habeatur.

in l. qua. sup. Deu. qu. 39. à me. 20. 4.

748

su. a. 1. c.

¶ 4. d. 41

a 4. q. 1. c.

¶. et q. 2.

c. ad 6

¶ mal. q.

15. a. 3. c.

¶ l. 5. ety.

uo. c. 26.

¶ 36. q. 1.

c. lex illz

præterito

rum.

tur. Sed hoc quòd violentia alicui inferatur, per acci- dens se habet ad luxuriam, quæ per se respicit de- lectationem concubitus. Ergo videtur quòd raptus non debeat poni determinata species luxuriæ à stupro distincta.

¶ 3 Præterea, Peccatum luxuriæ per matrimo- nium cohibetur. Dicitur enim 1. ad Corint. 7. Pro- pter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat. Sed raptus impedit matrimonium sequens. Dicitur e- nim in concilio * Meldensi, Placuit vt hi qui rapiunt fæminas, vel furantur, vel seducunt, eas nullatenus habeant vxores, quamuis eas postmodum nuptialiter cum consensu parentum suorum susceperint. Ergo rap- tus non est determinata species luxuriæ.

¶ 4 Præterea, Aliquis potest cognoscere suam spõ- sam abique peccato luxuriæ. Sed raptus potest commit- ti si aliquis violenter sponsam suam auferat de domo parentum, & eam carnaliter cognoscat. Ergo raptus non debet poni determinata species luxuriæ.

SE D contra est, quòd raptus est illicitus coitus, vt Hidorus * dicit. Sed hoc pertinet ad peccatum lux- uriz. Ergo raptus est species luxuriæ.

RESPONDEO dicendum, quòd raptus, prout nunc de eo loquimur, est species luxuriæ. Et quandoque quidem in idem concurrat cum stupro: quandoque autem inuenitur raptus sine stupro: quandoque vero stuprum sine raptu. Concurrunt quidem in idem, quando aliquis violentiam infert ad virginem illicitè deflorandam: quæ quidem violentia quandoque infer- tur tam ipsi virgini, quam patri: quandoque autem inferitur patri, sed non virgini: puta, cum ipsa con- sentit vt per violentiam de domo patris abstrahatur. Differt etiam violentia & raptus alio modo: quia, quandoque puella violenter abducitur à domo paren- tum, & violenter corrumpitur: quandoque autem etsi violenter abducatur, non tamen violenter corrup- pitur, sed de voluntate virginis: siue corrupatur fornicario concubitu, siue matrimoniali. Qualiter- cunque

Habitur.
36. q. 2. c.
Placuit.
in princ.

l. 5. ety-
mol. 6. 16.
ant. med.

*Epist. ad
Cesarium
& habet.
36. q. 2. c.
raptos.*

cunque enim violentia adfit, saluatur raptus. Inuenitur autem raptus sine stupro: puta si aliquis rapiat viduam vel puellam corruptam. Vnde Symmachus Papa * dicit, Raptos viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris, detestamur. Scrupum vero sine raptu inuenitur, quando aliquis absque violentie illatione, virginem illicitè deflorat.

Ad primum ergo dicendum, quòd quia raptus plerumque, cum stupro in idem, concurrat, ideo quoadque vnum pro alio ponitur.

Ad secundum dicendum, quòd illatio violentia videtur procedere ex magnitudine concupiscentie, ex qua aliquis non refugit periculo se iniicere violentie inferendæ.

Ad tertium dicendum, quòd aliter est dicendum de raptu puellarum, quæ sunt alijs desponsatæ; & aliter de raptu illarum, quæ non sunt alijs desponsatæ. Illæ enim quæ sunt alijs desponsatæ, restituendæ sunt suis sponis, qui in eis ex ipsa desponsatione ius habent. Illæ autem quæ non sunt alijs desponsatæ, primo restituendæ sunt patris potestati, & tunc de voluntate parentum licitè possunt eas in uxores accipere. Si autem aliter fiat, illicitè matrimonium contrahitur: tenetur enim qui quamcunque raptat, ad eius restitutionem. Nec tamen raptus dirimit matrimonium iam contractum, etsi impediat contrahendum. Quod autem dicitur in prædicto concilio, dictum est in detestationem illius criminis, & est abrogatum. Vnde Hieronym. * contrarium dicit. Tria, inquit, legitima coniugia in scripturis leguntur. Primum est, virgo casta in virginitate viro data legitime. Secundum est, virgo in civitate deprehensa a viro, & illi per vim copulata; si fuerit pater eius, dotabit eam iste vir, quantum fuerit pater, & dabit pretium pudicitie eius. Tertium autem est, quando auferitur ei, & traditur alteri de voluntate patris. Vel potest intelligi de illis, quæ sunt alijs desponsatæ, & maxime per verba de prædicto. Ad

*Refertur
36. q. 2. c.
Tria.*

Ad quartum dicendum, quod sponsus ex ipsa desponsatione habet aliquod ius in sua sponsa. Et ideo quamvis peccet violentiam inferendo, excusatur tamen à crimine raptus: unde Gelasius Papa * 36. q. 1. c. dicit, Lex illa prætorum principū ibi raptum dixit esse commissum, vbi puella de cuius ante nuptijs nihil actum fuerat, videbatur abducta. Lex illa prætorum.

ARTIC. VIII.

Vtrum adulterium sit determinata species luxuria, ab alijs distincta?

749

Ad octauum sic proceditur. Videtur, quod adulterium non sit determinata species luxuriæ ab alijs distincta. Dicitur enim adulterium ex eo quod aliquis ad alteram accedit præter suam, sicut dicit quædam glos. * super Exodum. Sed alia mulier præter suam potest esse diuersarum conditionum, scilicet vel virgo vel in potestate patris existens, vel meretrix, vel cuiuscunque alterius conditionis. Ergo videtur quod adulterium non sit species luxuriæ ab alijs distincta.

4 d. 41. a. 4. 2. c. c. ma. 19 15. a. 3. c.

¶ 2 Præterea, Hierony. * dicit quod nihil interest ex qua causa quis insanat: unde Xistus pythagoricus, Adulter, inquit, est amator ardentior in suam vxorem: & pari ratione in quamlibet aliam mulierem. Sed in omni luxuria est amor ardentior debito. Ergo adulterium inuenitur in omni luxuria. Non ergo debet poni luxuriæ species.

Est Au. 1. l. 9. super Exodum qu. 71 a. med 10. 4. Resertur 32. q. 4. c. Origo & sumitur ex Hier. 1. contra Iouinianum, ut. f. tom. 3.

¶ 3 Præterea, vbi est eadem ratio deformitatis, ibi non videtur esse alia species peccati. Sed in stupro & adulterio videtur esse eadem ratio deformitatis: quia vtrisque violatur mulier alienæ potestati subiecta. Ergo adulterium non est determinata species luxuriæ ab alijs distincta.

SED contra est, quod Leo Papa dicit, quod adulterium committitur cum propriæ libidinis instinctu, vel alieno consensu, cum altero, vel altera, contra pactum coniugale, concumbitur. Sed hoc importat specialem deformitatem luxuriæ. Ergo

26 q. 7.
c. lex il-
la prate-
risorum.

Ergo adulterium est determinata species luxuriæ. RESPONDEO dicendum, quòd adulterium, * si- cut ipsum nomen sonat, est accessus ad alienum to- rum. In quo quidem dupliciter contra castitatem, & humanæ generationis bonum aliquis delinquit. Primo quidem, in quantum accedit ad mulierem non sibi matrimonio copulatam: quod requiritur ad bonum prolis propriæ educendæ. Alio modo, quia accedit ad mulierem alteri per matrimonium copu- latam, & sic impedit bonum prolis alienæ. Eadem ratio est de muliere coniugata, quæ per adulterium corrumpitur. Vnde dicitur Eccles. 23. Omnis mu- lier relinquens virum suum peccabit. Primo enim in lege altissimi incredibilis fuit, in qua scilicet præ- cipitur, Non mæchaberis. Et secundo, virum suum dereliquit, in quo facit contra certitudinem prolis eius. Tertio, in adulterio fornicata est, & ex alio viro filios statuit sibi: quod est contra bonum pro- priæ prolis. Sed primum est commune in omnibus peccatis mortalibus. Alia verò duo specialiter per- tinent ad deformitatem adulterij. Vnde manife- stum est, quòd adulterium est determinata species luxuriæ, utpote specialem deformitatem habens et- ca actus venereos.

ar. 1. hu-
mus q.

ar. 2. hu-
mus q.

Ad primum ergo dicendum, quòd ille qui habet uxorem, si ad aliam accedat, peccatum eius potest denominari, vel ex parte sua: & sic semper est adul- terium, quia contra fidem matrimonij agit. Vel ex parte mulieris ad quam accedit: & sic quandoque est adulterium, puta cum coniugatus accedit ad uxorem alterius. Quandoque autem habet rationem stupri, vel alicuius alterius, secundum diversas con- ditiones mulierum ad quas accedit. Dicitur est au- tem * supra, quòd species luxuriæ accipiuntur secun- dum diuersas mulierum conditiones.

Ad secundum dicendum, quòd matrimonium spe- cialiter est ordinatum ad bonum humanæ prolis, si- cut dictum est *. Adulterium autem specialiter ma- trimo-

trimonio contrariatur, in quantum violat matrimonij fidem, quam quis coniugi debet. Et quia ille qui est ardentior amator vxoris, facit contra bonum matrimonij, inhonestè eo vtens, licet fidem non violet: idè aliqualiter potest adulter nominari, & magis quàm ille qui est ardentior amator alterius mulieris.

Ad tertium dicendum, quòd vxor est in potestate viri, sicut ei matrimonio copulata: puella autem est sub potestate patris, sicut per eum matrimonio copulanda. Et idè alio modo contra bonum matrimonij est peccatum adulterij: alio modo, peccatum stupri. Et propter hoc ponuntur diuersæ luxuriæ species. De alijs autem ad adulterium pertinentibus, dicitur in tertia parte, cum de matrimonio tractabitur.

ARTIC. IX.

Verum incestus sit determinata species luxuriæ?

Ad nonum sic proceditur. Videtur, quòd incestus non sit species determinata luxuriæ. Incestus enim dicitur per priuationem castitatis. Sed castitati vniuersaliter opponitur luxuria. Ergo videtur, quòd incestus non sit species luxuriæ, sed sit vniuersaliter ipsa luxuria.

¶ 2 Præterea, In Decretis dicitur 36.* q. 1. quòd incestus est consanguinearum, vel affinium abusus. Sed affinitas differt à consanguinitate. Ergo incestus non est vna species luxuriæ, sed plures.

¶ 3 Præterea, Illud quod de se non importat aliquam deformitatem, non constituit aliquam determinatam speciem vitij. Sed accedere ad consanguineas, vel affines, non est secundum se deforme, aliàs nullo tempore licuisset. Ergo incestus non est determinata species luxuriæ.

SED contra est, quòd species luxuriæ distinguuntur secundum conditiones mulierum, quibus aliqui abutuntur. Sed in incestu importatur specialis conditio mulierum: quia est abusus consanguinearum.

vel

750
 sup ar. 1.
 cor. Et 2.
 d. 41. ar.
 4. q. 1. c.
 2. cor. Et
 m. 1. 15
 ar. 3. cor.
 36. q. 1. c.
 Lex illa
 præteri-
 torum, a
 med.

ar. 2. hu-
ius q.
ar. 1. et 6
huius q.

id habet
Valerius
l. 2. tit. 1.
s. 9. et est
de hone-
state ia-
mandi cū
necessa-
rijs.

s. 16. cir-
ca princ.
30. 5.

vel affinium, vt dictum est *. Ergo incestus est deter-
minata species luxuriæ.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est *,
ibi necesse est inueniri determinatam speciem luxu-
riæ, vbi inuenitur aliquid repugnans vsui debito vene-
reorum. In vsu autem consanguinearum vel affinium
inuenitur aliquid incongruum commissioni veneræ
triplici ratione. Primo quidem, quia naturaliter ho-
mo debet quamdam honorificentiam parentibus, &
per consequens alijs consanguineis qui ex eisdem pa-
rentibus de propinquo originem trahunt: in tantum
quòd apud antiquos, vt Valerius * Maximus refert,
non erat fas filium simul cum patre balneari, ne sci-
licet se inuicem nudos conspicerent. Manifestum est
autem, secundum prædicta, quòd in actibus veneris
maximè consistit quædam turpitudine, honorificentie
contraria: vnde de his homines verecundantur. Et
ideo congruum est quòd talis commissio veneræ fiat
taliū personarum adinuicem. Et hæc causa vide-
tur exprimi Leuit. 18. vbi dicitur, Mater tua est,
reuelabis turpitudinem eius. Et idem postea dicitur
in alijs. Secunda ratio est, quia personas sanguine
coniunctas necesse est adinuicem simul conseruari.
Vnde si homines non arcerentur à commissione vene-
ræ, nimia opportunità daretur hominibus vene-
ræ commissionis, & sic animi hominum nimis emol-
lesceret per luxuriam. Et ideo in veteri lege illa per-
sona specialiter videntur prohibita esse, quas neces-
se est simul commorari. Tertia ratio est, quia per hoc
impediretur multiplicatio amicorum. Dum enim
homo vxorem extraneam accipit, iunguntur illi
quodam speciali amicitia omnes consanguinei mo-
ris, ac si essent consanguinei sui. Vnde Aug. dicitur
de Ciuitate Dei *, Habita est ratio rectissima chari-
tatis, vt homines quibus esset vtilis atque honesta
concordia, diuersarum necessitudinum vinculis nede-
rentur; nec vnus in vna multas haberet, sed singulas
spargerentur in singulos. Addit autem Aristot. quar-
tam

tam rationem in secundo Politic. quia cum naturaliter homo consanguineam diligit, si adderetur amor qui est ex commistione venerea, fieret nimius ardor amoris, & maximum libidinis incitium, quod castitati repugnat. Vnde manifestum est quod incestus est determinata luxuriæ species.

Ad primum ergo dicendum, quod abusus coniunctarum personarum maximè induceret corruptelam castitatis, tum propter opportunitatem, tum etiam propter nimium ardorem amoris, ut dictum est*. Et ideo antonomastice abusus talium personarum vocatur incestus. *in corp. ar.*

Ad secundum dicendum, quod persona affinis coniungitur alicui propter personam consanguinitate & communiam. Et ideo quia vnum est propter alterum eiusdem rationis, inconuenientiam facit consanguinitas & affinitas.

Ad tertium dicendum, quod in commistione personarum coniunctarum aliquid est quod est secundum se indecens & repugnans naturali rationi: sicut quod commistio fiat inter parentes & filios, quorum est per se & immediata cognatio. Nam filij naturaliter honorem debent parentibus. Vnde Philosop. * dicit in 9. de animalibus, quod quidam equus quia decipus fuit ut matri commisceretur, seipsum præcipitavit, quasi præ horrore: eo quod etiam animalibus aliquibus inest naturalis reuerentia ad parentes. Aliæ verò personæ, quæ non coniunguntur secundum seipsas, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsis indecentiam. Sed variatur circa hoc decencia, vel indecentia, secundum consuetudinem & legem humanam vel diuinam: quia ut dictum est*, vltius venereorum quia ordinatur ad bonum commune, subiacet legi. Et ideo, sicut August. † dicit quododecimo, de Ciuitate Dei, cap. 16. commistio fororum & fratrum quænto fuit antiquior compellente necessitate, tanto postea facta est damnabilior, religione prohibente. *cap. 47. to 4. ar. 2 huius q. † c. 16. circa princ. to. 5.*

AR-

751
sup. ar. 1.
ad 3. Et
4. d. 41.
ar. 1. q. 2.
ad 7.
* q. 99.
26. q. 1. c.
Lex illa
praterito
rum.

Virum sacrilegium possit esse species luxuria?
D decimum sic proceditur . Videtur , quod sac-
crilegium non possit esse species luxuria . Ea-
dem enim species non inuenitur sub diuersis generi-
bus nō subalternatim positis . Sed sacrilegium est spe-
cies irreligiositatis , vt supra dictum est * . Ergo sacri-
legium non potest poni species luxuria .

¶ 2 Praterea , In Decr. 36. eausa 7 quaest. 1. sac-
crilegium non ponitur inter alia quae ponuntur spe-
cies luxuria . Ergo videtur , quod non sit luxuria
species .

¶ 3 Praterea , Sicut per luxuriam contingit al-
quid fieri contra aliquam rem sacram , ita etiam per
alia vitiorum genera . Sed sacrilegium non ponitur
species gula , aut alterius alicuius huiusmodi vitij .
Ergo etiam non debet poni species luxuria .

c. 7. p. 2.
rñ 4 me.
to. 5.

SED contra est , quod August. * dicit 15. de Ciuitate
Dei , quod si iniuriam est auaritate possidendi trans-
gredi limitem agrorum , quanto est iniquius libidine
concupiscendi subuerrere limitem morum . Sed transgre-
di limitem agrorum in rebus sacris , est peccatum sacri-
crilegij . Ergo pari ratione subuerrere limitem mo-
rum , libidine concupiscendi , in rebus sacris , facit
crilegij vitium . Sed libido concupiscendi pertinet ad
luxuriam . Ergo sacrilegium est luxuria species .

q. 99. a. 1.
ad 2. q.
1. 2. q. 18.
ar. 7.

RESPONDEO dicendum , quod sicut supra dictum
est * , actus vnus virtutis vel vitij ordinatus ad finem
alterius , assumit speciem illius : sicut furtum quod pro-
pter adulterium committitur , transit in speciem adu-
terij . Manifestum est autem , quod observatio
castitatis , secundum quod ordinatur ad cultum Dei
actus religionis , vt patet in illis qui vouent de
virginitate , vt patet per August. * in lib. de Virgi-
nitate . Vnde manifestum est quod etiam luxuria , se-
cundum quod violat aliquid ad diuinum cultum per-
tinens , pertinet ad speciem sacrilegij . Et secundum
hoc sacrilegium potest poni species luxuria .

c. 8. 20. 6.

Ad

Ad primum ergo dicendum, quod luxuria secundum quod ordinatur ad finem alterius vitij, efficitur illius vitij species. Et sic aliqua luxuriae species potest etiam esse species irreligiositatis, sicut cuiusdam superioris generis.

Ad secundum dicendum, quod ibi enumerantur illa quae sunt species luxuriae secundum seipsa. Sacrilegium autem est species luxuriae, secundum quod ordinatur ad alterius vitij finem, & potest concurrere cum diversis luxuriae speciebus. Si enim aliquis abutatur persona coniuncta sibi secundum spirituales cognationem, committit sacrilegium ad modum incestus. Si autem abutatur virgine Deo sacra, in quantum est sponsa Christi, est sacrilegium per modum adulterij; in quantum vero est sub spiritualis patris cura constituta, erit quoddam spirituale stuprum. Et si violentia inferatur, erit spiritualis raptus: qui etiam secundum leges civiles grauius punitur quam alius raptus. Vnde Iustinianus Imperator dicit *, Si quis non dicam rapere, sed atrentare tantummodo, matrimonij coniungendi causa, sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali poena feriatur.

in cod. l. 9. tit. 13.

Ad tertium dicendum, quod sacrilegium committitur in re sacra. Res autem sacra est vel persona sacra quae concupiscitur ad concubitum: & sic pertinet ad luxuriam. Vel quae concupiscitur ad possidendum: & sic pertinet ad iniustitiam. Potest etiam ad iram pertinere sacrilegium: puta, si aliquis ex ira iniuriam inferat personae sacrae, vel si gulose cibum sacrum assumat, sacrilegium committit. Specialius tamen sacrilegium attribuitur luxuriae, quae opponitur castitati, ad cuius obseruantiam aliqua persona specialiter consecratur.

ARTIC. XI.

752

Utrum vitium contra naturam sit species luxuria?

4. d. 41.

Ad vndecimum sic proceditur. Videtur, quod vitium contra naturam, non sit species luxuria: quia in praedicta enumeratione specierum luxuriae

ar. 4. q. 2.

ar. 1. hu.

ius q. po.

sita.

V r i a

riæ nulla fit mentio de vitio contra naturam. Ergo non est species luxuriæ.

¶ 2 Præterea, Luxuria opponitur virtuti, & ita sub malitia continetur. Sed vitium contra naturam non continetur sub malitia, sed sub bestialitate, vt patet per Philos. in 7. Ethic. * Ergo vitium contra naturam non est species luxuriæ.

¶ 3 Præterea, Luxuria consistit circa actus ad generationem humanam ordinatos, vt patet ex supra dictis*. Sed vitium contra naturam consistit circa actus, ex quibus non potest generatio sequi. Ergo vitium contra naturam non est species luxuriæ.

SED contra est, quod 2. Corinth. 13. connumeratur alijs luxuriæ speciebus, vbi dicitur, Et non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia: vbi dicit glossa *, immunditia, id est luxuria contra naturam.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est *, ibi est determinata luxuriæ species, vbi specialis ratio deformitatis occurrit, quæ facit indecentem actum venereum. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno quidem modo, quia repugnat rationi rectæ, quod est commune in omni vitio luxuriæ. Alio modo, quia etiam super hoc repugnat ipsi ordini naturali venerei actus, qui conuenit humanæ speciei: quod dicitur vitium contra naturam. Quod quidem potest pluribus modis contingere. Vno quidem modo, si ablutio procuretur, quod pertinet ad peccatum immunditiæ, quam quidam molliciem vocant. Alio modo, si fiat per concubitum ad rem non eiusdem speciei, quod vocatur bestialitas. Tertio, si fiat per concubitum ad non debitum sexum, puta masculi ad masculinum, vel fœminæ ad fœminam, vt Apostolus dicit ad Rom. 1. quod dicitur Sodomiticum vitium. Quarto, si non seruetur naturalis modus concumbendi, aut quantum ad instrumentum non debitum, aut quantum ad alios môstruosos & bestiales concumbendi modos. Ad

c. 3 to. 5.

q. preced.
ar. 2. et 3.glos. in
berlin ib.ar. 6. et 9
huius q.c. ut cler-
vicorum.
de vita,
et honest.
cler., c. le-
rici de ex-
cessib. pre-
las.

Ad primum ergo dicendum, quod ibi enumerantur species luxuriæ, quæ non repugnant humanæ naturæ; & ideo præmittitur vitium contra naturam.

Ad secundum dicendum, quod bestialitas differt à malitia, quæ humanæ virtuti opponitur, per quemdam excessum circa eamdem materiam: & ideo ad idem genus reduci potest.

Ad tertium dicendum, quod luxuriosus non intendit generationem humanam, sed delectationem veneream, quam potest aliquis experiri sine actibus, ex quibus sequitur humana generatio. Et hoc est quod queritur in vitio contra naturam.

ARTIC. XII.

Vitium vitium contra naturam sit maximum peccatum inter species luxuriæ?

735

AD duodecimum sic proceditur. Videtur, quod vitium contra naturam, non sit maximum peccatum inter species luxuriæ. Tanto enim aliquod peccatum est gravius, quanto magis cõtrariatur charitati. Sed magis videntur contrariari charitati proximi adulterium, & stuprum, & raptus, quæ vergunt in iniuriam proximi, quam peccata contra naturam, per quæ nullus alteri iniuriatur. Ergo peccatum contra naturam, non est maximum inter species luxuriæ.

inf. q. 170

ar. 1. ad

2. Et 1. 2.

q. 73. a 7

co. Et 4.

d 41. a. 4

q. 3. co. fi.

cap. infamia, 320

q. 7.

¶ 2 Præterea, Illa peccata videntur esse gravissima, quæ contra Deum committuntur. Sed sacrilegiũ directè contra Deum committitur, quia vergit in iniuriam diuini cultus. Ergo sacrilegium est gravius peccatum quàm vitium contra naturam.

¶ 3 Præterea, Tanto aliquod peccatum videtur esse gravius, quanto exercetur in personam quàm magis diligere debemus. Sed secũdum ordinem charitatis magis debemus diligere personas nobis coniunctas, quæ polluntur per incestum, quàm personas extraneas, quæ polluntur per vitium contra naturam. Ergo incestus est gravius peccatum quàm vitium contra naturam.

V 2 ¶ 4 Præ-

¶ 4 Præterea, Si vitium contra naturam est grauiſſimum, videtur quòd tanto ſit grauius quanto eſt magis còtra naturam. Sed maxime videtur eſſe còtra naturam peccatum immunditiæ ſeu molliuici: quia hoc videtur eſſe maxime ſecundum naturam, vt alterum ſit agens, & alterum ſit patiens. Ergo ſecundum hoc immunditiæ eſſet grauiſſimum inter vitia contra naturam. Hoc autem eſt falſum. Ergo vitia contra naturam non ſunt grauiſſima inter peccata luxuriæ.

refertur
32. q. 7. c.
Quemad
modum in
ſn. & c.
Adulte-
rii.

SED contra eſt, quòd Aug. * dicit in lib. de Adul-
ter. coniugijs, quòd omnium horum vitiorum, ſci-
licet quæ ad luxuriam pertinent, peſſimum eſt quòd
contra naturam ſit.

RESPONDEO dicendum, quòd in quolibet gene-
nere peſſima eſt principij corruptio ex quo alia de-
pendet. Principia autem rationis ſunt ea quæ ſunt ſe-
cundum naturam. Nam ratio, præſuppoſitis his quæ
ſunt à natura determinata, diſponit alia ſecundum
quòd conuenit. Et hoc apparet tam in ſpeculatiuis
quàm prædicis. Et ideo ſicut in ſpeculatiuis error
circa ea quæ ſunt à natura determinata eſt homini naturaliter
indita, eſt grauiſſimus, & turpiſſimus: ita in agendis
agere contra ea quæ ſunt ſecundum naturam deter-
minata, eſt grauiſſimum & turpiſſimum. Quia ergo
in vitijs quæ ſunt còtra naturam, tranſgreditur hanc
id quòd eſt ſecundum naturam determinatum circa
uſum venereum, inde eſt quòd in tali materia hoc
peccatum eſt grauiſſimum. Poſt quòd eſt inceſtus, qui
ſicut dictum eſt *, eſt contra naturalem reuerentiam
quàm perſonis coniunctis debemus. Per alias autem
luxuriæ ſpecies præteritur ſolum id quòd eſt ſecundum
rationem rectam determinatum, ex præſuppoſitione
tamen naturalium principiorum. Magis autem repug-
nat rationi, quòd aliquis venereis utatur, non ſo-
lum contra id quòd conuenit proli generationi, ſed
etiam cum iniuria alterius. Et ideo fornicatio ſim-
plex, quæ committitur ſine iniuria alterius perſonæ,
eſt minima inter ſpecies luxuriæ. Maior autem iniu-
ria

ar. 9. hu-
ius q.

ria est, si quis abutatur muliere alterius potestati subiecta, ad vsum generationis, quam ad solam custodiam. Et ideo adulterium est grauius quam stuprum, & verumque aggrauatur per violentiam: propter quod raptus virginis est grauius quam stuprum, & raptus vxoris quam adulterium. Et hæc omnia etiam aggrauantur secundum rationem sacrilegij, vt supra dictum est*.

ar. 10. ad 2.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut ordo rationis recta est ab homine, ita ordo naturæ est ab ipso Deo. Et ideo in peccatis contra naturam, in quibus ipse ordo naturæ violatur, fit iniuria ipsi Deo ordinatori naturæ. Vnde Aug. * dicit in tertio Confession. cap. 8. Flagitia quæ sunt contra naturam, vbi que ac semper detestanda atque punienda sunt, qualia Sodomitarum fuerunt: quæ si omnes gentes facerent, omnes eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, quæ non sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ille auctor est, libidinis peruersitate polluitur.

c. 8. 10. 1.

Ad secundum dicendum, quod etiam vitia contra naturam sunt contra Deum, vt dictum est*. Et tanto sunt grauiora quam sacrilegij corruptela, quanto ordo naturæ humanæ inditus est prior & stabilior quam quilibet alius ordo superadditus.

in solus. prae.

Ad tertium dicendum, quod vniciuique indiuiduo magis est coniuncta natura speciei, quam quodcumque aliud indiuiduum. Et ideo peccata quæ sunt contra naturam speciei, sunt grauiora.

Ad quartum dicendum, quod grauitas in peccato magis attenditur ex abusu alicuius rei, quam ex omissione debiti vsus. Et ideo inter vitia quæ sunt contra naturam, infimum locum tenet peccatum immunditæ, quod consistit in sola omissione concubitus ad alterum. Grauiissimum autem est peccatum bestialitatis, quia non seruat debita species. Vnde super illud Gen. 37. capite, Accusauit fratres suos crimine pess-

id habet Tyran et Hugo.

peffimo: dicit glosf. quòd cum pecoribus mifeebatur. Post hoc autem est vitium Sodomiticum, cum ibi non feruetur debitus sexus. Post hoc autem est peccatum ex eo, quòd non feruatur debitus modus concubendi. Magis autem si non fit debitum vas, quam si fit inordinatio secundum aliqua alia pertinentia, ad modum concubitus.

QVÆST. CLV.

De partibus potentialibus temperantia: & primo de continentia, in quatuor articulos diuisa.

Postea considerandum est de partibus potentialibus temperantia.

¶ Et primo de continentia.

¶ Secundo, de clementia.

¶ Tertio, de modestia.

¶ Circa primum considerandum est de continentia, & incontinentia.

¶ Circa continentiam quæruntur quatuor.

¶ Primo, vtrum continentia sit virtus?

¶ Secundo, quæ sit materia eius.

¶ Tertio, quòd sit eius subiectum?

¶ Quarto, de comparatione eius ad temperantiam.

ARTIC. I.

Vtrum continentia sit virtus?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd continentia non sit virtus. Species enim non con- diuiditur generi. Sed continentia con diuiditur virtu- ti: vt patet per Philos. * in 7. Ethic. Ergo continen- tia non est virtus.

¶ 2 Præterea, Nullus vtendo virtute peccat: quia secundum Aug. in lib. † de lib. arbit. virtus est qua nemo malè vtitur. Sed aliquis continendo potest pec- care: puta si desideret aliquod bonum facere, & ab eo se contineat. Ergo continentia non est virtus.

¶ 3 Præterea, Nulla virtus retrahit hominem à licitis, sed solum ab illicitis. Sed continentia retrahit hominem à licitis. Dicit enim glosf. † Gal. 5. quòd per continentiam aliquis se etiam à licitis abstinet. Ergo

754
1. 2. q. 85
a. 2. ad 2
Et 3. q. 7.
a. 2. ad 3
et ver. 9.
14. ar. 4.
cor. fin.
* c. 9 et li.
4. c. ult.
20. 5.
† c. 18. et
19. 10. 1.
† glo. in-
terl. sup.
illud: mo-
destia, cō-
tinentia,
etc.